

presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut eorundem presentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quae presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XX. Nov. MDCCV. Pontificatus nostri Anno Quinto.

LXXX.

Mandatur Provinciali Fratrum Minorum Discalcei: Provinciae Mexican., quod juri praecedendi Fratris Eremitae S. Augustini absque consensu Diffinitorii, & Discretorii nuncium remittere nequeat.

Hujusmodi jus concessum fuit ab Innoc. XII. Const. ed. 1700, Apr. 13, P. 9. Et postea confirmatum ab hoc Pontif. Const. ed. 1702, Novem. 24, P. 3. Et Const. ed. 1714, Oct. 6, P. 14: agitur de primatu inter Fratres Clericos, & Laicos Provinciae Beticae.

Dilecto Filio moderno, & pro tempore existenti Ministro Provinciali Provinciae S. Didaci Mexican. Ord. Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

CUM sicut dilectus filius Isidorus a Jesu verbi Dei Pradicator, & Procurator Provincialium SS. Josephi, Joannis Baptistae, & Petri de Alcantara Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum Hispaniarum Nobis nuper exponi fecit, alias ad favorem Fratrum Provinciae Sancti Didaci Mexican. a fel. rec. Innocentio PP. XII. Praedecessore nostro die 14. Junii 1700, emanavit in simili forma Brevis Litera expedita confirmatoria cujusdam Decreti Congregationis tunc existentium S. R. Eccl. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum, per quas dispositum reperitur praecedentiam Fratris supra dictae Provinciae non solum in Processionibus solis, etiam sub propria Cruce, sed etiam in Concionibus, disputationibus, concurrentia Praelatorum, aliisque actibus tam publicis, quam privatis interveniente, vel non interveniente familia de Observantia supra Fratres Provinciae Sancti. Nominis IESU Ordinis Eremitarum S. Augustini competere; Et subinde nos praedictas Innocentii Praedecessoris literas per alias nostras pariter in simili forma Brevis die 24. Novembris 1702. expeditas literas confirmaverimus; ipse vero Josephus, ut dicto Juri praecedendi praerogativa

A quo Pontif. hic concessi, & confirmati fuerit hujusmodi jus praecedendi.

Proces. Procuratoris Provinciali Hispaniarum.

Provinciae, sicut praemittitur competenti a te, seu tunc existente illius Ministro Provinciali sine totius Provinciae consensu renunciari nequeat per nos decerni plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur ipsum Isidorum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inmodatus existit ad effectum presentium, dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui dilectum etiam Filium modernum Procuratorem Generale dicti Ordinis super praemissis audiverunt, consilio, tibi, & pro tempore existenti Ministro Provinciali dictae Provinciae committimus, & injungimus, ut sine consensu Patrum Diffinitorii, & Discretorii Juri praecedentiae, de quo agitur, renunciare nequeas; Salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dicti Ordinis, & Provinciae S. Didaci, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XII. Decembris MDCCV. Pontificatus nostri Anno Sexto.

LXXXI.

Prohibetur, ne Fratres Eremitae S. Augustini Discalcei Congregationis Hispaniae alteri Religioni adscripti habitent in ea Provincia, in qua priorem habitum gestaverint.

Const. ed. 1792, Nov. 24, Pont. 3 extat prohibitio ne duo consanguinei, vel affines in Capitulis suffragentur. Et Bened. XIII Const. ed. 1726, Jan. 22, Fone. 2 praecipitur uniformitas in cantu, barba, & Caputio Congregationis Discalceatorum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

SACROSANCTI Apostolatus sollicitudo, quam meritis, licet, & viribus longe impares, auctore Deo gerimus, Nos admonet, ut conservandae Religiosorum Virorum, qui e fluctibus seculi in Regularis vitae portum confugerunt, assumpto

Mandatum pred. Ministro Provinciali factum.

Clausula.

Dat. 16. Dec. 1705. An. 6.

Exordium.

que suavi Christi jugo Altissimi obsequiis sese devoverunt, ac uberes bonorum operum fructus per Dei gratiam proferre, jugiter satagunt, existimationi, quantum Nobis ex alto conceditur, satagamus.

Causa prohibiti.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Vicarius Generalis Congregationis Hispaniae Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum nuncupatorum, quod nonnulli e dicta Congregatione ad alias Religiones etiam laxiores transfundi licentiam ab hac Sancta Sede variis praetextibus obtinere curant, eaque obtenta in illis habitum Regularem assumunt, nec non ad eas Provincias, in quibus habitum praedictae Congregationis Fratrum Discalceatorum publice gestaverant, ac cogniti, & commorati fuerant, illuc habitatum se conferunt, & ad detegendas, seu defendendas proprias imperfectiones ejusdem Congregationis Fratrum Discalceatorum, illiusque superiorum famam multis imposturis, & derisionibus lacerare non verentur, cum gravi Secularium scandalo, bonique nominis dictae Congregationis detrimento. Quare idem Vicarius Generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Proces. Vicarii Gen. praed. Congregationis.

§. 2. Nos igitur ipsius Vicarii generalis votis favorabiliter, quantum cum Domino possumus annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inmodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, ne de cetero quisquam, qui e memorata Congregatione Hispaniae Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum post emissam in illa professionem regularem, ad aliam quamcumque Religionem quomodolibet transierit in ea Provincia, in qua Professionem hujusmodi emisit, ac habitum Fratrum ejusdem Congregationis Discalceatorum Hispaniae publice gestaverint, habitare, seu commorari audeat quovis modo, vel praesumat, auctoritate Apostolica tenore presentium prohibemus, & interdicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Prohibitio, ne ad Fratres commorentur in eadem Provincia.

Clausula.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter observari: sique in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutuum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

ratis statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut eorundem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis presentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XVI. Decembris MDCCV. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

LXXXII.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum de cultu immemorabili, & casu excepto pro Beatis Terefia, & Sancia Regis Portugalliae siliabus Congregationis Alcobacen. Ordinis Cisterciens. Monialibus.

Dat. 23. Dec. 1705. An. 6.

De cultu immemorabili B. Mariae de Capite vide Inno. XII Const. ed. 1697, Aug. 11, P. 7. Et hujus Pontificis Const. ed. 1710, Mar. 26, P. 10 confirmatur cultus B. Luciae de Narnia.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

SOLICITUDO Pastoralis Officii, quo Catholicae Ecclesiae per Universum Orbem diffusa regimini Divina dispositione praesidemus, Nos urget, atque compellit, ut Beatarum Christi ancillarum in Caelis cum eo regnantium cultum, & venerationem in terris promovere studeamus, sicut pia Regum, & Principum Orthodoxorum studia postulant, & Nos ad Omnipotentis Dei Gloriam, ad Ecclesiae decus, & praesidium, ac spiritualem Christianissimorum adificationem, & consolationem expedire in Domino arbitramur.

Exordium.

§. 1. Cum itaque alias, videlicet die 4. Octobris 1667. a felic. recor. Clemente Papa IX. Praedecessore nostro Commissiones pro introductione causae, seu Causarum Beatificationis Beatarum Reginarum Terefia, & Sanciae Monialium Ordinis Cisterciens. clar. mem. Sancti Primi, dum vixit, Portugalliae Regis illustris naturam signatae, ac in illarum executionem die decima Decembris ejusdem anni, dicto Clemente Praedecessore annuente, literae remissoriales, attentio, quod Sedes Episcopalis Colymbrien. tunc vacabat, tunc existenti Episcopo Targen. Civitate Ulyssiponen. commoranti dirigenda pro constructione Processus particularis super cultu immemorabili praedictis Terefia, & Sanciae praescripto, & casu excepto a decretis jussu rec. mem. Urbani Papae VIII. pariter Praedecessoris nostri editis, decreta fuerint, cum facultate, quod in una demissoria ambae Commissiones includerentur. Literae vero hujusmodi, prout asserunt fuerat,

Causa Beatificationis introducta fuit 1667 sedente Clem. IX.

Preces Regis & Reginae Portugalliae, aliorumque commissis fuit constructio Processus 1691. sedente Inn. XII.

fuerat, nunquam expedite fuerint, ideoque ad effectum consiendi praefatum Processum ad pias, enixasque preces Charissimi in Christo filii Nostri Petri Portugalliae, & Algarbiorum Regis Illustris, ac tunc in humanis agentis clar. mem. Mariae, dum vixit, Reginae ejus Uxor, necnon dilecti filii nobilis Viri Cosmi Etruriae sibi subiectae Magni Ducis, accedentibus etiam in id ipsum supplicationibus nonnullorum Praetorum, Religiosorum, Tribunalium, Senatum, Magistratum, & Academiarum Regni Portugalliae, ac ad iteratas humillimas instantias dilecti filii Bernardi de Castel Branco Monachi expressis professi, ac Procuratoris Generalis Congregationis Sanctae Mariae de Alcobatia Ordinis praefati, in Sacra Theologia Magistri, Cause, seu Causarum Beatificationis, & Canonizationis hujusmodi Postulatoris, Nobis referentibus, qui tunc in minoribus constituto Cardinalatus honore fungebamur, ac in locum bon. memor. Sigismundi Chiffi, dum vixit, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Sigismundi nuncupati Cause, seu Causarum hujusmodi Relatoris, subrogati fueramus, exhibitis prius per dictum Bernardum Postulatorem binis Processibus in Colymbrien., seu Ulyssiponen. Civitatibus, postquam Sedes Apostolica in Causa, seu Causis praefatis manus apposerat, nulliter constructis, die 17. Septembris 1695. a Congregatione tunc existentium Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Sacris Ritibus Praepositorum nova Remissionales, seu Compulsoriales litterae tunc pariter existentibus Archiepiscopo Ulyssiponen., & Episcopo Colymbrien., eorumque Vicariis in spiritualibus Generalibus dirigenda, annuente etiam die 25. ejusdem Mensis Septembris pia memoria Innocentio Papa XII. itidem Praedecessore nostro, concessa fuerint, illarumque vigore Processus praedictus constructus, ac in actis memoratae Congregationis Cardinalium exhibetur, servatisque servandis apertis fuerit; demum vero, eodem Bernardo Postulatore instante, proposito dubio in praedicta Congregatione Cardinalium per dilectum filium nostrum Carolum dictae Sanctae Romanae Ecclesiae Diaconum Cardinalem Bichium nuncupatum, qui in Relatorem Cause, seu Causarum praedictarum in locum nostrum a Nobis subrogatus fuerat = An. constaret de cultu immemorabili Beatis Teresiae, & Sanciae supradictis praefato, & casu excepto a dictis Decretis Urbani Praedecessoris, & an sententia desuper lata a memorato Episcopo Colymbrien. Iudice Delegato, esset confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agebatur. Dicta Congregatio Cardinalium, audito tam in scriptis, quam in voce Venerabili Fratre Prospero Archiepiscopo Miren. Promotore Fidei de ejusmodi cultu immemorabili, & casu excepto, constare censuerit: Hinc est, quod Nos piis, ac devotis ejusdem Petri Regis, ac totius Congregationis de Alcobatia hujusmodi, necnon dilectarum in Christo filiarum Abbatissae, & Monialium Monasterii Lorvanienensis supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis favorabiliter annuere cupientes, ac praefatarum Abbatissae, & Monialium singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate

Decretum fuit a Congregatione Rituum constare de cultu, & casu excepto.

Preces Regis Portugalliae, Congregationis de Alcobatia, & Monialium Monasterii Lorvanienensis

existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Decretum a praefata Cardinalium Congregatione editum, ut praefatur, quod scilicet de cultu immemorabili eidem Beatis Teresiae, & Sanciae praefato, & casu excepto a Decretis ejusdem Urbani Praedecessoris, constet, Apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate praedictae Congregationis Cardinalium.

§.2. Decernentes easdem praesentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, plenissime fuitragari, & ab eis respectively inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut ipsarum Litterarum, transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in Iudicio, & extra illud habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIII. Decembris MDCCV. Pontificatus nostri Anno Sexto.

LXXXIII.

Conceditur Indulgentia plen. perp. pro Ecclesiis Canonicorum Regularium S. Augustini Congregationis S. Rufi in festis SS. Augustini, Rufi, & Monice.

Data 15. Jan. 1706. An. 6.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Commissa Nobis a Domino Nostro Jesu Christo dispensationis ratio exigit, ut Caelestium munerum Thesauros ad augendam in Terris Sanctorum in Caelo regnantium venerationem, fovendamque, & incitandam erga illos fidelium devotionem, fideli prudentia quantum nobis ex alto conceditur erogare studeamus.

§.1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Abbatis Monasterii S. Rufi Praepositi Generalis Congregationis Canonicorum Regularium ejusdem S. Rufi Ordinis S. Augustini nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christianidelibus vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcumque Monasteriorum Canonicorum Regularium dictae Congregationis hactenus erectis, & in futurum quodcumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus in praefata

Exordium.

Preces Praepositi Gen.

Concessio praed. Indulgentiae.

praefatorum Sanctorum Augustini, & Rufi, ac S. Monice festis diebus a primis vespere usque, ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haesum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die praedictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§.2. Volumus autem, ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in Iudicio, & extra illud ubique locorum habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XII. Januarii MDCCVI. Pontificatus nostri Anno Sexto.

LXXXIV.

Confirmatur Decretum Generalis Ord. Praedicatorum, quo prohibetur receptio Illegitimum in Provincia Angelopolitana.

Data 15. Jan. 1706. An. 6.

De dimissione Fratrum e Congregatione S. Sabinae, & eorum receptione agit Bened. XIII. Const. ed. 1724, Mij 1, P. 1.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponit Nobis nuper fecit dilectus filius Ferdinandus de Espinosa frater expressis professus Ordinis Praedicatorum Provinciae Angelopolitanae dicti Ordinis in Sacra Theologia Magister, quod dilectus pariter filius Antoninus Cloche Magister Generalis Ordinis hujusmodi spirituali quieti Religiosorum ejusdem Provinciae non modicas ob frequentem in illis partibus Illegitimum ad habitum Regularem Ordinis hujusmodi receptionem perturbationes patientium consulere peroptans suo peculiari Decreto die 9. Septembris anni proxime praeteriti edito omnibus, & singulis Superioribus Provinciae praedictae in virtute Spiritus Sancti, & Sanctae Obedientiae sub formali praepcepto, necnon sub poena absolutionis ab officio ipso facto incurrenda prohibuit, & interdixit, ne sub quovis titulo, seu praetextu ad habitum, & Ordinem hujusmodi quempiam illegitime genitum, etiam ex soluto, & muliere soluta cujusvis conditionis, & qualitatis existat, absque expressa pro tempore existentis Magistri Generalis Ordinis praedicti in scriptis, & cum specifica derogatione prohibitionis hujusmodi concedenda licentia admittant, irritum, & inane declarans quidquid in contrarium contigerit attentari, & alias prout in eodem Decreto uberius dicitur contineri.

Causa praed. Decreti 1705. Sep. 9 editi.

Preces Magistri de Espinosa.

§.1. Cum autem, sicut eadem expositio subijungebat, dictus Ferdinandus Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, & fervetur exactius Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiti plurimum desideret. Nos specialem ipsi Ferdinando gratiam facere volentes,

eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui dilectum etiam filium modernum Procuratorem Generalem Ordinis praedicti super praemissis audiverunt consilio, supradictum Decretum auctoritate Apostolica, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§.2. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Provinciae, & Ordinis praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressis derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earundem praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Iudicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XV. Januarii MDCCVI. Pontificatus nostri Anno Sexto.

LXXXV.

Declarantur nulla acta in Indiis collata a Generali Inquisitore, Archiepiscopo S. Fidei, Episcopo S. Marthae, & Curia Laicali adversus Episcopum Carthaginen Immunitatis Ecclesiasticae jura tuentem, cum nonnullis aliis declarationibus, & Statutis.

Data 19. Jan. 1706. An. 6.

Inn. XII. Const. ed. 1693., Sep. 1. P. 3. declarata fuerunt nulla edita Praetoris Cremonen de festo S. Dominici. Et hujus Pontificis Const. ed. 1707, Jun. 1.

Jan. 1. P. 7. declaratur nullum editum Archiepiscopi Goan contra jurisdictionem Commissarii Apost. in Indiis Orient.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Et extra inter Episcopos Carthagenens., & alios praed.

Quae ad examina revocata sunt a speciali Congregatione 1703 & 1704

Approbantur acta Episcopi Carthagenens. & nulla declarantur illa partis adversae.

Eadem revocantur, & irrita pronuntiantur.

Quomodo procedendum adversus partem contrariam, & delinquentes atq; Tribunal Inquisitionis in Civitate Carthagenensi a-boleatur.

Quid de iis, qui plura iniuste passi sunt.

EX commissi Nobis divinitus pastoralis officii debito causam inter Venerabilem Fratrem Michaellem Antonium Episcopum Carthagenensem in Indiis ex una, & Dilectos filios Franciscum Varelam adversus haereticam pravitatem Inquisitionem in dicta Civitate auctoritate Apostolica deputatum, ac Officiales, seu Ministros Curiae Laicalis, necnon Venerabiles Fratres tunc existentes Archiepiscopum Sanctae Fidei, & Episcopum Sanctae Marthae, aliosque ex altera partibus vertente dirimere cupientes, cum Congregationis nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus a Nobis specialiter deputata, quae diebus 11. Decembris 1703. & 11. Januarii 1704. si ita Nobis placuisset, ut infra, censuit, consilio, omnia acta per dictum Michaellem Antonium Episcopum esse rite, & bene gesta, & vice versa cuncta, quae per dictos Inquisitionem, & Curiae Laicalis officiales, seu Ministros, ac Archiepiscopum Sanctae Fidei, & Episcopum Sanctae Marthae contra praedictum Michaellem Antonium Episcopum gesta fuerunt esse nulla, invalida, & attentata, auctoritate Apostolica, tenore praesentium declaramus.

§.1. Et nihilominus ad majorem cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac pro revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis semper haberi debere decernimus, & pariter declaramus.

§.2. Ceterum praefati Archiepiscopus Sanctae Fidei, & Episcopus Sanctae Marthae, ceterique omnes supranominati consulant conscientiae suae pro eorum absolutione. Quo vero ad Canonicos, aliosque Ecclesiasticos, etiam Regulares delinquentes dictus Michael Antonius Episcopus in reditu ad suam Ecclesiam contra illos non obstante quacumque praetensa exemptione, per eos forsitan adducenda, prout de jure procedat, & jam excommunicati curent sibi concedi absolutionem a praefato Michaelle Antonio Episcopo, qui pravo edicto offerat illam comparantibus infra terminum praefigendum, excepto Canonico cognominato Bentancur, cui uti magis culpabili, & in suis delictis detestabili dictus Michael Antonius Episcopus de mandato nostro injungat, ut ad hanc Almam Urbem nostram accedat, firmis tamen remanentibus privatione Canonatus, & praebendae, necnon Beneficiorum, aliisque poenis eo per memoratum Michaellem Antonium Episcopum inflictis. Praeterea Tribunal Inquisitionis a dicta Civitate Carthagenensi amovendum esse harum serie etiam decernimus.

§.3. Quo vero ad illos, qui Carcerationem, exilium, & quamplures alias poenas passi fuerunt, ex quo eidem Michaeli Antonio, Episcopo adhererunt, eisdem, & eorum familijs tam in puritate sanguinis, quam in nobilitate, prout etiam quoad officia, & quacumque beneficia,

cum cura, & sine cura, Canonatus, & praebendas, ac Dignitates, etiam primas, necnon quascumque Cathedrales, & Metropolitanas Ecclesias obtinendas nullum praedictum illatum fuisse, ac illis omnes multas, aliaque damna passa pariter rescindenda esse, & processus contra eosdem formatos pro abolitio, & cassatis habendos esse auctoritate, & tenore praesentium declaramus.

§.4. Insuper subjectionem Monasterii Monialium Sanctae Clarae Civitatis praedictae eidem Michaeli Antonio Episcopo juxta declarationem tunc existentium ejusdem S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, & quasdam fe-re Innocentii PP. XI. Praedecessoris nostri desuper in simili forma Brevis expeditas literas quarum tenore praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, cum privatione omnium officiorum, ac vocis activae, & passivae in perpetuum respectu illorum Fratrum, qui complices, & culpabiles de tot insultibus, & violentiis contra Monasterium, & Moniales hujusmodi commissis reperti fuerunt, factam confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus. Porro dilectus filius Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum procedat, prout de jure ad executionem poenae adversus delinquentes, iique pro absolutione a censuris incurris ad eundem Michaellem Antonium Episcopum recurrere teneantur.

§.5. Ulterius omnia alia Monialium Monasteria quoscumque Ordinis, si quae adsint, (excepto Ordine Sancti Augustini) a jurisdictione, & regimine spirituali, & temporali Religiosorum, quibus Monasteria hujusmodi subiecta sunt, eadem auctoritate ipsarum tenore praesentium perpetuo eximimus, ac illa omnimoda jurisdictioni tam in spiritualibus, quam in temporalibus memorati Michaelis Antonii, & pro tempore existentis Episcopi Carthagenens. subijcimus.

§.6. Demum zelum praefati Michaelis Antonii Episcopi pro omnibus ad suae dignitatis iurium Ecclesiae, & Immunitatis Ecclesiasticae defensionem gestis plurimum in Domino commendantes illum de omnibus Ecclesiae suae fructibus decursis, & non exactis necnon de omnibus damnis occasione ejusmodi indebitae vexationis per ipsum passis, reintegrandum esse decernimus.

§.7. Decernentes pariter easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dicto Michaeli Antonio Episcopo, aliisque ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.8. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Monasteriorum, & Ordinum praefatorum, aliisque quibusvis, etiam Juramento, Confirmatione

Monasterium Monialium. Clarae Episcopi subijcitur: & Fratres Minores praesentur.

Omnia alia Monialia Monasteria, uno excepto, Episcopi jurisdictioni subijciantur.

Antonius Episcopus Carthagenensis merito ornatur elogio.

Clausula.

tione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus; privilegijs quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permanens ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XIX. Januarii MDCCVI. Pontificatus nostri Anno Sexto.

LXXXVI.

Statuitur, ut inter Auditores Rotae Perusinae sit semper locus pro uno Cive Civitatis Urbini.

A Clement. VII. instituta fuit hujusmodi Rota. A Clem. X. concessus locus uni Civi Perusino: Et ab hoc Pontifice Civi Maceraten. A Clement. X. erecta fuit Universitas Urbinate. Constit. ed. 1671, Apr. 6, P. 1. Et ab Inno. XIII. conceditur locus in Rota Maceraten. Civi Urbinate. Constit. ed. 1721, Nov. 27, P. 1.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Rota Perusina a Clement. VII. erecta ex quatuor Auditoribus, uno Perusino, alio Macerateni, & duobus aliis ex-teris constituta debet.

Preces Civitatis Perusinae pro concessione Auditoris Urbinate.

CUM, sicut dilecti Filii Communitas, & Homines Civitatis nostrae Perusinae. Nobis nuper exponi fecerunt, dudum in dicta Civitate Tribunal Rotae nuncupat. ad Causarum decisionem per quosdam felic. rec. Clementis PP. VII. Praedecessoris nostri literas in simili forma Brevis expeditas erectum, ac per Statuta, & ordinationes ipsius Tribunalis vigore facultatis per dictas Clementis Praedecessoris Literas attributae condita, expresse cautum fuerit, ut quatuor Auditores, quibus Tribunal hujusmodi constat, Exteri, sive Forenses esse deberent, nunc tamen unus eorum juxta aliarum rec. mem. Clementis PP. X. Praedecessoris pariter nostri in eadem forma Brevis emanatarum literarum dispositionem ex Doctoribus Legis, qui de Collegio Doctorum dictae Civitatis Perusinae existant, & alter in vim conventionis alias inter eandem Civitatem Perusinae ex una, & Civitatem pariter nostram Maceraten. ex altera partibus mixtae, ac per nos hodie, seu nuper per nostras in pari forma Brevis literas confirmatae, ex Civibus ipsius Civitatis Maceraten. respective eligendi sint; reliqui vero duo ex alijs etiam Civitatibus, seu locis libere eligantur; Ac proinde ipsi Exponentes perpetuum aliquod sinceram eorum in Nos devotionis, propensaque in Civitatem etiam nostram Urbinate, Patriam nostram dilectissimam, voluntatis, nec non praeclearae, quam de eadem Civitate habent, estimationis argumentum extare cupientes, post maturam a Magistratu, & deinde in publico, & Generali Consilio dictae Civitatis Perusinae. communibus suffragijs habitam deliberationem, Nobis supplicandum esse duxerint, ut singulis quadriennis, quibus juxta praedictarum Clementis VII. Praedecessoris literarum

formam ad Auditorum praefatorum electionem deveniri solet, unum eorum e Civibus dictae Civitatis Urbinate, quam plurimum semper doctrinae, & integritatis laude praestantium, Virorum copia florere conspiciunt, de cetero assumendum esse decernere dignemur; Nos ipsorum Exponentium votis hac in re favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Card. super Consultationibus Civitatum, Terrarum, & Locorum Status nostri Ecclesiastici, auctoritate Apostolica deputatorum, qui rem mature discussurunt, consilio, ut de cetero perpetuis futuris temporibus unus ex Auditoribus Tribunalis Rotae praefati, quotiescumque eisdem quatuor Auditores renovari contigerit, e Civibus dictae Civitatis Urbinate, qui in illius Studii Generalis Universitate ad Doctoratus lauream in utroque Jure promoti, necnon Collegio etiam generali, ut vocant, Doctorum, ipsius Civitatis adscripti fuerint, ac ceteroquin qualitatibus in Tribunalis praefati erectione, seu alias requisitis praediti reperiantur, ab illis, ad quos spectat, servatis alias servandis, eligi, seu assumi debeat, auctoritate Apostolica tenore praesentium statuimus, & ordinamus.

Statutum absumendi uno Civibus Urbinate, cui tamen sit defectus hic condicio.

Clausula.

§.1. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Civitatis Perusinae, & Tribunalis praefatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegijs quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXX. Januarii MDCCVI. Pontificatus nostri Anno Sexto.

LXXXVII.

LXXXVII.

Dns 1. Febr. 1706. An. 6.

Conceduntur Fratribus Eremitis S. Augustini Provinciae Portugalliae, qui in Congregatione Indiarum Orient: Vicarii Provincialis munere perfuncti fuerint, omnia privilegia Exprovincialium Provinciae.

Eadem privilegia Exprovincialium concessa fuerunt quibusdam Fratribus Lusularum Philipp: ab Innoc. XI Const. ed. 1677, Dec. 11, P. 2. Et nonnullis Disceatensis Congregationis Hisp: & Indiarum ab hoc Pontifice Const. ed. 1704, Feb. 13, P. 4. Et Bened. XIII Const. ed. 1727, Jun. 14, P. 4. Statuitur ne amplius concedantur privilegia Exprovincialium in Provincia Portugalliae.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Provinciae Portugalliae Ordinis Eremitarum S. Augustini Nobis expositum fuit, quod cum ipsa Provincia quamdam habeat Congregationem in Indiis Occidentalibus sibi subiectam, ad cuius gubernium unus Vicarius Provincialis cum quatuor Diffinitoribus, qui illam tam in spiritualibus, quam in temporalibus juxta peculiare Constitutiones dicti Ordinis auctoritate Apostolica confirmatas ad instar cuiuslibet memorati Ordinis Provinciae cum ordinaria Jurisdictione, & auctoritate regant, institui solet; Congregatio vero hujusmodi aliis ab hinc annis in calamitosa, & miserabili statu reperitur, tum ob Religiosorum defectum, qui illam zelo, ac debito fervore gubernent, curamque specialem Missionum eis commissarum, ac in illis partibus adeo necessarium habeant, tum denique ob repugnantiam, quam habent praedictae Provinciae Alumni pro memorata Congregationis regimine electi ad subeundum adeo longum, & periculosum Maris iter, iidem Religiosi in Vicarios Provinciales electi, tametsi, absoluto eorum officio, in dicta Congregatione permanentes privilegia Provincialibus absolutis competentibus potiantur, nihilominus ipsi ad propriam Provinciam postea revertentes in ea omni prorsus privilegio, & exemptione carent, ut autem Religiosi praedictae Provinciae digniores ad subeunda tot, tantaque evidentia eorum vite pericula in consuetudo, tam longo itinere sex millium leucarum Maris, & visitandis post eorum adventum Conventibus dictae Congregationis inter se valde distantibus, & demum disseminando verbum Dei variis in locis pariter distantibus, prout necessitas exigit incitentur, dilecti pariter filii Simon de Govvea Lector Jubilatus, & Joannes Ferreyra Fratres expresse professi Congregationis, & Ordinis hujusmodi Vicarii Provinciales, Congregationis, seu Capituli intermedio dictae Provinciae die 10. Novembris 1704. celebrato supplicem libellum portexerunt pro opportuno remedio, enixe deprecantes, ut nedum iidem Simon, & Joannes, qui praedicta omnia pericula, & incommoda minus Vicarii Provincialis obeundo passi fuerunt; Verum etiam caeteri dictae Provinciae Religiosi, quos in posterum ad memoratam Congregationem ad Vicarii Provincialis hujusmodi officium exercendum transmitti contigerit, post eorum-

Rationes pro obtinenda hujusmodi concessione.

Quae expositae fuerunt in Capitulo intermedio 1704, ab eoque approbatae.

in Provinciam reditum omnibus privilegiis, & exemptionibus, quibus ejusdem Provinciae Provinciales absoluti cum voce, & loco in Capitulis Provincialibus fruuntur, similiter gaudere deberent.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subijungebat, omnes Fratres de gremio Diffinitorii, lectus, ac mature perpenis supradictis rationibus, nemine penitus contradicente, Indulti hujusmodi concessioni consensum praestiterint. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R. Eccl. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui votum Capituli Generalis per dilectum etiam filium modernum Priorem Generalem dicti Ordinis relatum perpenderunt, ipsamque Priorem Generalem super praemissis audiverunt, consilio, ut memorati Simon, & Joannes, qui in praedicta Congregatione in Indiis Orientalibus Vicarii Provincialis munere functi sunt, privilegiis, & prerogativis Exprovincialium, etiam cum voto in Capitulis Provincialibus Provinciae Lusitaniae, ac cum loco immediate post Exprovinciales ejusdem Provinciae potiantur, & gaudeant, auctoritate Apostolica tenore praesentium indulgemus. Praeterea eadem privilegia, & prerogativas Exprovincialium, etiam cum voto in Capitulis Provincialibus, & cum loco immediate post praedictos Exprovinciales, Vicariis Provincialibus Congregationis Orientalis praedictae postquam in Provinciam Portugalliae supradictam reversi fuerint, auctoritate, & tenore praedictis concedimus; ea tamen lege, ut si dumtaxat enarratis privilegiis in Provincia ipsa gaudere valeant, qui ex Europa in Indias transeunt, & ibidem Vicarii Provincialis minus integro biennio cum laude, & profectu Sacrarum Missionum obierint, quive aut lectores jubilati sunt, aut Evangelicae Praedicationis principalioribus in Lusitania Urbibus viginti ad minus annos cum plausu, iustaque fama expleverint; Salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 3. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non

Praes. Provincie pro concessione.

Concessio praedictis tantum facta, qui Lectores jubilati, vel Praedicatores 20. annorum spatium exteriorint.

Clausula.

§. 4. Non obstantibus ferre: Clementis Papae VIII. Praedecessoris nostri, quae incipit: *Almonet Nos &c.* aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis, Provinciae, & Ordinis praedictorum, etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes; illis alias in quo robore permanentis ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 1. Februar. MDCCVI. Pontificatus nostri anno Sexto.

LXXXVIII.

Dns 23. Mar. 1706. An. 6.

Conceditur Militibus S. Joannis Hierosolymitani facultas faciendi celebrari Missam in Magnis Navibus annua navigatione contra Infideles.

A Pio IV. & Sixto V. concessa fuit facultas utendi *Arari portatili*. Et est opinio, quod facultas hinc praesenti similis data fuerit ab Innoc. VIII Const. ed. 1485, Apr. 28. Alex. VIII Constit. ed. 1690, Aug. 5, P. 1 extat privilegium pro *Erario*. Et hujus Pontificis Const. ed. 1711, Jan. 17, P. 11 restituitur *Jus super regimine trium Navium contra Piratas*.

Rationes pro hujusmodi facultate obtinenda.

Praes. Magni Magistri, & Militum.

cerunt, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur piis ejusdem Raymundi Magni Magistri votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes; dictosque Exponentes specialis favore, gratia prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R. Eccl. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, consilio, eisdem Exponentibus, & pro tempore existentibus Fratribus Militibus Hospitalis praedicti petitam facultatem celebrari faciendi Missam in supradictis magnis Navibus occasione dictae navigationis, dummodo Naves hujusmodi enunciatae qualitates sint, ac celebratio Missae, eo dumtaxat tempore, quo mare tranquillum, & caelum serenum reperitur, & cum assistentia alterius Sacerdotis, seu Diaconi fiat, itaut periculum effusionis sanguinis in dicta celebratione minime adfit, auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus; Salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXII. Martii MDCCVI. Pontificatus nostri anno Sexto.

LXXXIX.

Dns 26. Mar. 1706. An. 6.

Extenditur Indultum recitandi divina officia ritu Latino, necnon Sanctorum Ordinis S. Basilii ad Monachos, & Moniales Ritus Latini ejusdem Ordinis.

Hoc indultum concessum fuit Monialibus Messanen Const. ed. 1703, Feb. 17, P. 3. Et Const. ed. 1706, Jun. 15, P. 6. conceditur Indulgentia plen. perp. pro omnibus Ecclesiis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Um sicut dilectus filius Petrus Menniti Abbas Generalis Ordinis Sancti Basilii Magni Nobis nuper exponi fecit, alias per Decretum Infra scriptae Congregationis Cardinalium, quod subinde a Nobis per quasdam nostras desuper in simili forma Brevis die XVII. Februarii 1703. expeditas literas confirmatum fuit, Abbatissae, & Monialibus Monasterii Sancti Salvatoris Philantropos nuncupati Civitatis Messanen. ejusdem Ordinis indultum fuerit, ut relicto ritu Graeco in posterum divina officia ritu Latino ad praescriptum Breviarium Romani, necnon Sanctorum ejusdem Ordinis, quae a Sede Apostolica Monialibus alterius Monasterii ejusdem Sancti Salvatoris Civitatis Panormitan recitandi facultas

Concessio praedictae facultatis mari tranquillo, caloque sereno, & cum assistentia alicujus Ministri.

Clausula.

Rationes pro extensione praedicti Indulti.

tas

tas concessa fuit, recitare possent, & valerent, prout in dictis literis uberius continetur; ipse vero Petrus Abbas Generalis, quo de cetero uniformitas in Divina Psalmidia fervetur Indultum hujusmodi tam ad Monachos, quam Moniales eorundem Ordinis, & Ritus Latini, quem admodum in aliis Regularibus Ordinibus, qui inter se ejusmodi gratias spirituales communicare solent, extendi plurimum desideret. Nos piis dicti Petri Abbatis Generalis votis quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, ac ipsius, & Monachorum, ac Monialium hujusmodi singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis. Si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium prepositorum consilio, Indultum predictum ad omnes, & singulos Monachos, & Moniales Ritus Latiniquorumcumque Monasteriorum dicti Ordinis auctoritate Apostolica tenore presentium extendimus, & ampliamus, salva tamen semper in premissis auctoritate dictae Congregationis Cardinalium.

Preces Abbat. et Gen.

Extensio ro. lati Indulti.

Claufula.

§.1. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicut in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obstantibus premissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Monasteriorum, & Ordinis predictorum aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXVI. Martii MDCCVI. Pontificatus nostri Anno Sexto.

Dat. 8. April. 1706. An. 6.

XC. Eriguntur Computifariae Locorum Montium in officia vacabilia, venalia, & resignabilia in Dataria expedienda, soluta certa pecuniarum quantitate.

Hac de re plures hic laudantur Constituciones, sed ana refertur Pauli V. an. Pont. 15. edita. Jan. X.

Consl. ed. 1689., Jun. 6, P. 13. est de recta montium administratione. Inn. XII. Consl. ed. 1695., Aug. 20., P. 5. reservatur Pontifici electo Votantium Signatura. Et Bened. XIII. Consl. ed. 1724., Sep. 12., P. 1. erigitur Mons Ursinus.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Motu proprio &c. Alias a felicitis recordationis Paulo Papa V. Praedecessore nostro emanavit Motus proprius tenoris, qui sequitur videlicet.

§.1. PAULUS PAPA V. Motu proprio &c. Cum Romani Pontifices Praedecessores nostri, & forsitan Nos ex justis causis in Montium erectionibus, & institutionibus Officia Secretariatus videlicet, & Computifariam pro uno Secretario, seu Computista idoneo, qui rationem administrationis bonorum, & fructuum Montium hujusmodi tenere, & de eis, quae ad loca Montium, & eorum possessores ea in parte spectant, notam sumere, ac patentes literas super eorum concessionibus expedire, aliaque munia respective obire debeant, Apostolica auctoritate crexerint, & instituerint, seu crexerimus, & instituerimus, officia vero hujusmodi, sicut accepimus, nonnulli tanquam per successionem Parentum, & Antegatorum suorum ad se spectantia, alii in vim asserarum deputationum nulliter factarum, ac venditionum ab eorum occupatoribus similiter factarum, alii per modum provisionis, & tacite, alii etiam nullo titulo occupata detineant, illaque ad eorum libitum in aliorum, quam nostris manibus, ac etiam coram solis Notario, & Testibus resignare, & vendere presumpserint, Sede Apostolica desuper inconsulta, in praedictum iurium dictae Sedis, & Camerae Apostolicae. Nos igitur, ne de cetero officia hujusmodi Personis minus idoneis conferantur, providere, & cum plurimum inter sit Camerae praedictae, ut ejus bonorum, & proventuum per Ministros idoneos, & peritos, quantum fieri potest, ratio habeatur, indemnitati Sedis, & Camerae praedictarum consulere volentes, Motu proprio simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine presentium tenore omnia, & singula Officia Secretariatum, & Computifariam Montium tam vacabilia, quam non vacabilia de Urbe, sicut ut praefertur, erecta, & instituta, quorum concessio, & assignatio, & quilibet alia dispositio ad Nos, & Sedem praedictam spectare, & pertinere dignoscitur, & de quibus per Nos, aut Romanos Pontifices Praedecessores nostros specialiter dispositum hactenus non fuit, a primava eorum erectione, & institutione vacare, & vacavisse declaramus, & decernimus: Ea vero, quae in erectionibus Montium hujusmodi, seu alias erecta non fuerunt, ex nunc, prout ex tunc in Officia vacabilia, & resignabilia ad instar aliorum Romanae Curiae Officiorum Apostolica auctoritate tenore presentium erigimus perpetuo, & institui-mus, eisque sic erectis, & institutis, omnes, & singulos honores, salaria, & emolumenta solita, & quae hactenus dictorum Officiorum detentores, licite tamen, perceperunt pro illa obtinentium sustentatione etiam perpetuo applicamus, & ap-

Motus proprius Pauli V. an. 15. Jul. 14. de Secretariis & Computifariis Montium.

Quae ab ipso erecta fuerunt in Officia vacabilia, & resignabilia in Dataria tantum.

& appropriamus. Decernentes nullum praeter Nos, & Romanos Pontifices pro tempore existentes de Officiis praedictis disponere potuisse, sive posse, illaque tam prima vice a primava erectione, seu institutione hujusmodi, ut praefertur, vacantia, quam etiam cum primum percessum, vel decessum, aut resignationem, privationem, vel quamvis aliam amissionem illa obtinentium, seu alias quomodolibet vacare contigerit, per Nos, & Romanos Pontifices pro tempore existentes dumtaxat per viam supplicationis in Dataria nostra ad instar aliorum Officiorum vacabilium dictae Curiae concedi, & resignari debere, & si quis ex eorum Officiorum detentoribus, idoneitate sibi suffragante, illud, vel illa, quae detinet, aut aliquod aliorum asequi intendat, supplicationem super illius, vel illorum concessione in dicta Dataria infra semestre proximum omnino expedire teneatur; alioquin ab eorum exercitio amotus, & illis perpetuo privatus censetur eo ipso, & ab illo, vel illis penitus abstineat, presentemque nostrum Motum proprium, & literas forsitan desuper conficiendas ex quacumque causa, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, vel annullari posse, sed valida, & efficacia existere, suosque effectus sortiri debere, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas, vel Constitutiones Apostolicas, seu Cancellariae Apostolicae regulas, etiam per Nos, & Successores Nostros Romanos Pontifices, etiam Motu proprio &c., etiam consistorialiter, ac cum data praesentium expressa mentione, ac sub quibuscumque tenoribus, & formis, necnon cum quibusvis clausulis pro tempore factis, & concessis comprehendere, sed semper ab illis exceptis, necnon quoties illas revocari, vel limitari, aut suspendi, seu eis derogari contigerit, toties in pristinum statum etiam sub priori data restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, & de novo concessas esse, & ceteri. Sicut per quoscumque Judices &c. etiam S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata &c. iudicari &c. debere, irritumque &c. non obstante regula nostra de non tollendo jure quaesito, quatenus opus sit, necnon Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Collegiorum, & Officiorum hujusmodi, ac Montium erectionibus, & institutionibus, si in aliquo obstant, eorumque statutis, privilegiis, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, etiam motu proprio, aut consistorialiter concessis, quibus omnibus &c. eorum tenores &c. etiam si de illis &c. hac vice specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis. Fiat Motu proprio C. Et de erectione, institutione, applicatione, singulis decretis derogatione, aliisque premissis, ut supra latissime extenden.; Et quod praesentis Motus proprii sola signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in iudicio, & extra illud, regula contraria quacumque non obstante. Per presentes autem

Claufula cu quadam exceptione.

non intendimus alicui Officiali, Collegio, seu cuicumque personae, cui expresse facultas disponendi de dictis Officiis, vel eorum aliquo per Nos, vel Antecessores nostros forsitan concessa fuit, in aliquo praedjudicare, sed illis, & cuilibet eorum sua jura intacta, & illata remaneant. Fiat C. Datum Romae apud S. Mariam Majorem pridie idus Julii Anno decimoquarto.

§.2. Et subinde pia memor. Alexander VII. pariter Praedecessor noster Montes Restauratos primae, secundae, & tertiae erectionis institucendo, Computifarias eorundem locorum Montium in Officia vendibilia, & per obitum eorum, qui illa obtinuerint, vacatura erexit, voluitque per Datariam Apostolicam ad instar aliorum Officiorum Romanae Curiae conferri, Personis tamen per Theaurarium Generalem pro tempore existentem quoad peritiam approbandis, seu commendandis, prout in diversis literis itidem motu proprio expeditis, quarum tenores praesentibus pro expressis habemus, fusius continetur. Cum autem Urbanus VIII., Innocentius XI., & alii forsitan Pontifices Praedecessores nostri diversas alias Montium erectiones fecerint, atque instituerint, in quibus de Officiis Computifariam hujusmodi, aut diversimode dispositum fuit, aut non ita clare in Officia vacabilia, erecta fuerunt; Hinc est, quod inter Datariae nostrae Administratos, & Dilectum Filium Theaurarium Generalem nostrum exortum est dubium super modo, & forma concedendi, & expediendi Computifarias praedictas, cui dubitationi, ne celeri negotiorum expeditioni impedimento esset, pro posse, sicuti tenemur, providere volentes, illius cognitionem, discussionem, & resolutionem Venerabilis Fratris Prodaturii nostri, & nonnullorum Romanae Curiae Praetorum particulari Congregationi prout de jure demandavimus, & a Congregatione praedicta, fundamentis utriusque in voce, & in scriptis deductis accurate discussis, sub diebus 16. Martii 1705., & 10. Februarii 1706. declaratum, & resolutum fuit, providendum esse de omnibus Officiis Computifariam per organum Datariae, Personis tamen approbandis per Theaurarios pro tempore, quam declarationem, & resolutionem subinde ad Nos relatum sub die 12. ejusdem Mensis Februarii approbavimus, & executioni iustissimum demandari; Ne autem materia haec plene discussa, & resoluta, in posterum revocetur in controversiam, omnes Montium institutiones per Praedecessores nostros factas, & illarum tenores, ac datas praesentibus pro expressis habentes, ac Pauli, & Alexandri praedictorum, & forsitan aliorum Pontificum Praedecessorum vestigiis inhaerentes motu pari omnes, & singulas locorum Montium tam erectorum, quam fortasse in posterum erigendorum Computifarias in Officia vacabilia, vendibilia, & resignabilia, quatenus opus sit, de novo erigimus, & instituimus, & pro erectis, & institutis, tanquam in primava dictorum Montium fundatione haberi volumus, & decernimus. Statuentes, quod Computifariam Officia sic erecta perpetuis futuris temporibus per Nos, & Romanos Pontifices pro tempore existentes dumtaxat per viam supplicationis in Dataria nostra, & per organum ejusdem, expedienda ad instar aliorum Officiorum dictae Curiae, Personis tamen approbandis

Contitutio Clem. XI. ab Alexand. VII. Computifariae Montium restauratorum in officia vacabilia, & venalia erecta fuisse.

Et ab Urbano VIII. & aliis Pontificibus de similibus officiis diversimode disposita.

A particulari Congregatione 1705, 1706 declarati fuisse providendas esse Computifarias per organum Datariae personis per Theaurarium approbandis.

Erectio Computifariam in Officia vacabilia, venalia, & resignabilia cum approbatione de clarationis praed. Congregationis, & statuto solvendi certam pecuniarum quantitatem.